

Band II., Nr. 349, Seite 81-82

Kaiser Friedrich (I.) nimmt das Kloster Salem mit genannten Besitzungen in seinen unmittelbaren Schutz.

Konstanz, 1155.¹

In nomine sanctę et individue trinitatis. Fridericus, divina favente clementia Romanorum imperator augustus. Desiderium quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere cognoscitur, imperialem benivolentiam nostram gratuita pietate decet annuere, et religiosorum virorum desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter notum sit omnibus Christi imperiique nostri fidelibus, qualiter nos ob salutem animę nostrę Frōwini venerabilis abbatis de Salem fratrumque eius, religiosorum virorum, preces clementer admisimus, et predecessoris nostri, dive memorie Chōnradi, dilectissimi patris nostri, gloriosissimi Romanorum regis, vestigiis inherentes, prefatam beatę dei genitricis semperque virginis Marię ecclesiam Salem, cum fratribus divino inibi obsequio mancipatis, sub nostra imperiali tuitione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones, quecumque bona in presentiarum iuste et legitime possident, aut liberalitate regum, concessione pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante domino in futurum poterunt adipisci, firma eis eorumque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Hereditatem videlicet que a Guntrammo, viro nobili de Adelsruti, in presentia Landolfi de Seoulingen, Adelberti et filii eius Burchardi de Fricchingen, Hermanni de Marcdorf et aliorum plurium, per manum Christiani abbatis de Lucela, et postmodum per manum dilectissimi patris nostri, sanctę recordationis Chōnradi illustris Romanorum regis, et presentibus principibus duce Friderico, duce Chōnrado, duce Welphone, duce Matheo et Frowino, nunc eiusdem loci abbate, et aliis multis illustribus et religiosis viris, in Constantiensi curia deo et beatę Marię devotionis ac pietatis intuitu supradictis fratribus rationabiliter donata est. Id est villa in qua nunc monasterium situm est, que antiquitus Salmmaneswilære nuncupabatur, nunc autem Salem dicitur, cum ecclesia, decimis et omnibus appenditiis suis. Adelsruti cum ecclesia, decimis et omnibus pertinentiis suis. Tephenthart cum omnibus appenditiis suis. Haselbach² cum omnibus appenditiis suis. Bebenwilære cum omnibus appenditiis suis.

¹Die MGH und die Regesta Imperii datieren in Orientierung am Itinerar und an den Zeugen genauer auf 1155 (Ende November).

²Unermittelt.

II

Witenwilære cum omnibus appenditiis suis. Ex dono quoque Engelradi viri nobilis partem villę quę dicitur Scegenbüch. Terram in silva Madach. Grindelbüch cum omnibus appenditiis suis. Wolfgangeswilære cum omnibus appenditiis suis. Ecclesiam in Franchenhouen cum dote sua. Tuphenhulewe, Hohenbüch, Bremeuelt³ cum omnibus appenditiis eorum. Quia vero fratres eiusdem ordinis spetiali obedientię subiectione ad Romanam spectant ecclesiam, cuius nos speciales advocati ac defensores sumus, aliquam personam ibi offitium advocatię gerere vel usurpare omnino sub obtentu gratię nostrę interdiciamus, solis nobis nostrisque successoribus hoc defensionis offitium in perpetuum conservantes. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, set omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona huius nostrę confirmationis paginam sciens contra eam temere venire presumpserit, centum libras auri purissimi componat, medietatem camere nostre et medietatem predictę ecclesię. Quod ut ab omnibus inviolabiliter in omne evum conservetur, presentem inde paginam sigilli nostri inpressione iussimus insigniri, adhibitis idoneis testibus, quorum nomina hec sunt. Hermannus Constantiensis episcopus. Chönradius Augustensis episcopus. Chönradius Warmathiensis episcopus. Fridelo Augensis abbas. Wernherus abbas de sancto Gallo. Albertus Campidonensis abbas. dux Welpho. dux Chönradius, frater imperatoris. Bertolfus, dux Burgundię. marchio Verone Hermannus. comes Rüdolfus de Phullendorf. Ödalricus de Lenzeburc.

Ego Arnoldus, Moguntinensis sedis archiepiscopus et archicancellarius, recognovi.

Datum Constantie, anno dominice incarnationis MCLV., indictione IIII., regnante domino Friderico, Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius IIII., imperii vero I. Actum in Christo feliciter. Amen.

—

Nach dem in vier Bänden in fol. bestehenden, sehr sorgfältig auf Pergament geschriebenen, dem Hauptbestand nach dem dreizehnten Jahrhundert angehörigen *Diplomatarium Salemitanum* im GLA Karlsruhe, 67/1162, unter dem Rubrum *Pri-vilegium Friderici imperatoris super Salem et predia eius*. Das Original befindet sich mittlerweile im GLA Karlsruhe, es wurde nicht mehr verglichen.

³Das abgegangene Bremfeld, nicht Bremelau.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

A 139; 67/1162 S. 25-28 Nr. 12

Überlieferung und Textkritik:

Original und Abschrift in Karlsruhe.

Editionen:

JOHANN CHRISTIAN LÜNIG: Das teutsche Reichs-Archiv, in welchem zu finden, 1. Desselben Grundgesetze und Ordnungen [...], II. Die merckwürdigsten Recesse, Concordata, Vergleiche, Verträge, Erb-Verbrüder- und Vereinigungen, Pacta und Bündnisse [...], III. J, S. 18, Nr. 488. Codex diplomaticus Salemitanus, Bd. 1, S. 11, Nr. 6 (nach dem Original). MGH DD F I, Teil 1, S. 216 f., Nr. 129 (unter 1155 Ende November).

Regesten:

KARL FRIEDRICH STUMPF-BRENTANO: Die Reichskanzler vornehmlich des 10., 11. und 12. Jahrhunderts, nebst einem Beitrage zu den Regesten und zur Kritik der Kaiserurkunden dieser Zeit, 2 Bde., Innsbruck 1865-83. [Bd. 2: Die Kaiserurkunden des X., XI. und XI. , Bd. 2, Nr. 3731 (zu Nov. 27). Regesta Imperii Abt. 4, Bd. 2,1, S. 110, Nr. 370.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Konstanz

Ortsindex:

Adelsreute Wohnplatz (20013)
 Adelsreute, Ravensburg, RV
 Augsburg, A
 Behweiler Wohnplatz (18147)
 Behweiler, Ober-
teuringen, FN
 Bremelau Wohnplatz (15905)
 Bremelau, Mün-
singen, RT
 Bremfeld Wüstung (23877)
 Bremfeld, Ehingen
(Donau), UL, W
 Burgund
 Frankenhofen Wohnplatz (16774)

IV

Frankenhofen, Ehingen (Donau), UL
 Frickingen Wohnplatz (17832)
 Frickingen, FN
 Gründelbuch (Schäferhof) Wohnplatz (14022)
 Gründelbuch (Schäferhof), Buchheim, TUT
 Haselbach
 Hohenbuch Wüstung (23856)
 Hohenbuch, Allmendingen, UL, W
 Kempten (Allgäu), KE
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Lenzburg, Kt. Aargau, Schweiz
 Lützel, Dep. Haut-Rhin, Frankreich
 Madachhof Wohnplatz (14483)
 Madachhof, Mühligen, KN
 Mainz, MZ
 Markdorf Wohnplatz (18037)
 Markdorf, FN
 Pfullendorf Wohnplatz (21259)
 Pfullendorf, SIG
 Reichenau Wohnplatz (14588)
 Reichenau, KN
 Scheinbuch Wohnplatz (18441)
 Scheinbuch, Überlingen, FN
 Schloss Salem : Salem FN
 Schloss Salem Wohnplatz (18257)
 Seelfingen Wohnplatz (14679)
 Seelfingen, Stockach, KN
 St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz
 Tepfenhart Wohnplatz (20974)
 Tepfenhart, Horgenzell, RV
 Tiefenhülen Wohnplatz (16795)
 Tiefenhülen, Ehingen (Donau), UL
 Verona, Venetien, Italien
 Wittinwillar Wüstung (24108)
 Wittinwillar, Ravensburg, RV, W
 Wolfangeswilære
 Worms, WO